dyabolum ſuꝑaſti. modo eum qui te deceperat. conculcaſti. mō appare
bit fides tua. Dyabolus eñi eo ꝙ ipſum dereliqueris contra te ſeue ar
matur. Oportꝫ igitur te multa ſuſtinere vt accipias coronaz victorie.
opꝫ te m̄lta pati vt de alta ſeculi vanitate hũilieris. ⁊ rurſus in ſpūali
bus diuitiis exalteris. Tu ḡ ne deficias: nec ad gl'am ꝑſtinam r̄ſpicias
q2 ꝑ temptatōes oportꝫ te alterū iob demonſtrari: Sed cũ humiliatus
fueris veniā ad te: ⁊ ī gl'am ꝑſtinā reſtituā te. Dic ḡ ſi mō temptatōes
vis accipe: aut ī fine vite. Dicit ei euſtachiꝰ: dñe ſi ita fieri oportꝫ. mō
nob accidere temptatōes iube. ſꝫ virtutē paciencie tribue: Cui dñs. cō
ſtans eſto: quia gratia mea cuſtodiet animas veſtras. Sicq3 dominus

in celum aſcendit. ⁊ euſtachi⁹ domum rediens hec vxori ſue nunciauit.
C Poſt paucos igitur dies mors peſtifera cunctos ſuos ⁊ an
cillas ipſi⁹ inuaſit. ⁊ vniuerſos occidit. Deiñ poſt aliquod temp⁹ oĩs
equi ⁊ oĩa eius pecora ſubito interierũt. Quidã autem ſceleſti ei⁹ depͣ
dationem videntes. ⁊ ꝑ noctem in domũ eius irruentes. cuncta q̃ repe
rerunt aſportarũt: ⁊ domũ totã auro ⁊ argento et reb⁹ aliis ſpoliarunt.
At ipſe cum vxore ſua ⁊ filiis gr̃as agens nocte nud⁹ affugit Qui ru
borem verentes egiptũ ꝑgebant. Totaq3 ei⁹ poſſeſſio ꝑ rapinã maloꝝ
ad nichilũ eſt redacta. Rex aũt totuſq3 ſenat⁹ ꝓ magiſtro militũ tã ſtre
nuo mltm dolebant. eo q͛ de eo nullũ indicium repire poterant. Cuz aũt
iter agerent appropinqueꝛt mari. et inuenientes nauem ſup eã nauiga
re ceperunt Uidens aũt dñs nauis vxorẽ euſtachii q͛ pulcra eſſet nimis
ipſã plimũ habere deſiderauit. Cum vero trãſfretaſſet naulũ ab eo exi
gebat. Nõ hñtibus vero illis vñ ſoluerent. iuſſit pro naulo detineri vx
orem. volens illã ſecuz hr̃e. Quod vt euſtachi⁹ audiuit. nullaten⁹ aſſen
tire voluit. Illu vero eo cõtradicente. innuit dñs nautis ſuis: vt euz in
mare precipitarent. vt ſic vxorem ſuã hr̃e poſſet. Quod cũ euſtachi⁹ cõ
periſſet. vxorem eis triſtis reliq̃t. ⁊ duos infãtes accipiens ingemiſcẽs
ibat ac dicebat. Ue mihi ⁊ vob. q2 mr̃ vr̃a alienigene marito tradita ẽ.
Perueniensq3 ad q̃ndam fluuiũ ꝓpͭ aquaꝝ abundãtiã nõ eſt auſus cũ
duob⁹ filiis fluuiũ ptranſire. Sed vno circa ripaz fluminis relicto alteꝝ
trãſportabat Qui cum fluuiũ trãſuadaſſet. illum infãtem q̃m baiulaue
rat ſup terrã poſuit. ⁊ ad accipiendũ alium feſtiauit Cum aũt circa me
dium fluminis puenisſet. ecce lupus cõcit⁹ venit. ⁊ infãtem q̃m depoſue
rat rapiens in ſiluã aufugit. Qui de eo deſperans ad alium feſtinauit.
Sed cum abiret. leo venit ⁊ alium filiũ rapiens abiit. Quẽ cum cõſequi
nõ valens. cũ eſſet in medio fluminis cepit plangere. ⁊ capillos ſuoſ euel
lere. volens ſe in aquã proiicere. niſi eum diuina ꝓuidentia cõtinuiſſet
Paſtores aũt videntes leõem pueꝝ viuũ portare euz cũ canib⁹ inſecuti
ſunt. Per diuinã aũt diſpenſatõz leo pueꝝ illeſum abiiciens receſſit.
Quidã inſup aratores p⁹ lupũ inclamantes. aliũ pueꝝ de ei⁹ faucib⁹ i
columẽ liberarũt. Utriq3 vero. ſ. paſtores ⁊ aratores de vno vico fueꝛt.
⁊ penes ſe pueros nutrieꝛt. Hoc vero euſtachi⁹ neſciebat: ſ3 merẽs ac
plorãs ibat dicenſ Heu mihi q2 aũ vt arbor pollebã ſed mõ penit⁹ ſuz
nudat⁹. Heu me q2 multitudĩe militũ circundari ſolebã. ſed nunc ſolus
remanens. nec filios cõceſſ⁹ ſuz hr̃e. Memini dñe te mihi dixiſſe. q2 op
tet te temptari ſicut iob. Sed ecce pl⁹ aliq̃d in me fieri video. Ille enĩ
et ſi poſſeſſiõib⁹ nudat⁹ fuerit. tñ ſterc⁹ habuit ſr̃ quod ſedere potuit
Mihi aũt nil hoꝝ remanſit Ille amicos ſibi ꝯpacientes habuit. ego im
mites feras habui q̃ meos filios rapuerũt. Illi vxor eſt relicta a me ve
ro ablata. Da requiem domine tribulationibus meis. et pone cuſtodiã

ori meo: ne declinet cor meum in verba malicie. ⁊ eiiciar a facie tua. Et hec dicens cum lacrimis ad quandam vicū abiit. ⁊ data ſibi mercede agroſ illoꝝ hoīz p annoſ .xv. cuſtodiuit. Filii āt eiꝰ in alio vico educati ſūt nec ſe eē fr̄es ſciebāt. Dn̄s aūt vxorē euſtachii ꝯſuauit nec illam ille alienigena cognouit. ſed potiꝰ eam intactam dimittēs vitam finiuit.

¶ Imperator aūt ⁊ ppl's romanꝰ plimū ab hoſtibꝰ moleſtabātur. Et recordatꝰ placidi q̄ ſtrenue ꝯ ipſos hoſtes ſepiꝰ dimicaſſet. de eiꝰ ſbita mutatōe plimū triſtabatur. Direxitq; multos milites p diuerſas mūdi ptes. pmittens oībꝰ q cū inueniſſent multas diuicias ⁊ honores. Duo aūt ex militibꝰ q aliqn̄ placido miſtrauerāt ad ipm vicū i quo degebat venerūt. Quos placidꝰ de agro venire ꝯſiderās. eoſ ex inceſſu ptinꝰ recognouit. et veniens in memoriā dignitatis ſue. pturbari cepit ac dicere Dn̄e ſicut iſtoſ q aliqn̄ mecū fuerūt pter ſpē vidi. ſic da vt aliqn̄ ꝯiugē meā videre poſſim. Nam de filiis ſcio q a feris comeſti ſunt. Venit āt ad eū vox dicens. Cōfide euſtachi: qr cito honorē tuū recupabis ⁊ filios ⁊ vxorem recipies. Cū igit militibꝰ obuiaſſet. ipi eū minime cognouerant. Tunc eū ſalutaſſent. queſierūt ſi aliqm pegrinū noīe placidum cū vxore ⁊ duobꝰ filiis cognoſceret. Ille aūt ſe neſcire pfeſſꝰ eſt. Ad preces tn̄ eius i hoſpicō ſuo diuerterūt. ⁊ euſtachiꝰ eis ſuiebat. Et recolenſ pſtinū ſtatum ſuū lacrimas ꝯtinere nō poterat. Egreſſus aūt foras ſuā faciē lauit. ⁊ iterū rediens eis ſuiebat. Illi vero cōſiderātes ad inuicem dicebāt. Quā ſilis eſt hō hic illi quē qrimꝰ. Et r̄ndens alter dixit. Valde quidem ſimil' eſt. Cōſideremꝰ igitur ⁊ ſi habet ſignū cicatricis in capite qd ſibi i bello accidit. ⁊ ſi hoc hz ipe eſt. Et reſpicientes. ⁊ ſignū videntes ipm eſſe quē qrebant. ptinꝰ cognouerūt. Et inſilientes ⁊ oſculantes eū de vxore et filiis eꝰ ſciſcitati ſūt. Qui dixit eiſ: q filii mortui eſſent: ⁊ vxor detenta. Vicini aūt oīs qui ad ſpectaclm cōcurrebant. dum milites virtutē eiꝰ ⁊ p̄mā glām p̄dicabant. Tunc milites preceptum iperatoris ei exponunt ⁊ optīs indumentis ipm induunt. Poſt vero iter .xv. dierū ad imperatorē deuenerūt. Qui eius aduentū audiens ptinꝰ eidē occurrit: ⁊ ipſ videns i oſcula eiꝰ ruit. Narrauit quoq; oībꝰ cuncta q ſibi p ordinem acciderant. ſtatimq; ad magiſterium milicie trahitur. ⁊ idē qd pꝰ officiū exercere ꝯpellit. Qui numeratis militibus ⁊ paucos contra tot hoſtes eſſe cognoſcēs iuſſit tirones colligere per oīs ciuitates ⁊ vicos. Contigit autem illam terram in qua filii eius educati ſunt deſcribi. vt darent duos tyrones. Uniuerſi āt eiꝰ loci incole illos duos iuuenes tanquam ceteris aptiores magiſtro militum conſignarunt. Uidens vero iuuenes elegantes. ⁊ morum honeſtate compoſitos. cum ſibi plurimum placuiſſent inter primos conuiuas ſuos ordinauit eoſdem. Et ſic profectus ad bellum. ſubiectis hoſtibus exercitum ſuum tribꝰ diebus in quodam loco vbi vxor ſua pauper hoſpita manebat requieſcere fecit.

Jlli vero adoleſcentes in tabernaculo m̄ris ſue nutu dei hoſpitati ſunt
neſcientes tñ ꝙ mater ſua eſſet. Et ſedentes circa meridiē ⁊ mutuo cō
fabulantes exponebant ſibi inuicem de infātia ſua. Mater vero eorū
contra ſedens q̄ ipſi referebant attentius audiebat. Dicebat enī maioꝛ
minoꝛi. Ego dum infans eſſem. nihil aliud recolo niſi ꝙ pr̄ me⁹ magi
ſter militum erat. et mater mea ſpecioſa valde. Duoſqz filios habuerit
ſcz me. et aliū minorem me. q̄ et ipſe ſpecioſus valde erat. Accipienteſqz
nos egreſſi ſunt de domo nocte. Jngreſſiqz ſunt nauem neſcio q̄ eunteſ
Cum aūt de naui egrederemur. mater noſtra neſcio quomō in naui reli
cta eſt. Pater vero noſter poꝛtans nos duos flens ꝑgebat. Peruenieſ
qz ad q̄ndam fluuium. tranſiuit cū fratre meo iunioꝛe. ⁊ me ſuꝑ ripam
fluminis dereliquit. Cum aūt reuerteretur. vt me acciperet lupus venit et
illum infantem rapuit. et anteq̄ȝ ad me appropinq̄ret. leo de ſilua exiēs
me rapuit et in ſiluā deduxit. Paſtoꝛes vero eruerūt me de oꝛe leonis.
et nutritus ſum in illa poſſeſſiōe in qua ⁊ ipſe ſcis ⁊ nō potui ſcire quid
factum ſit de pr̄e meo neqz de infante. Hec audiens minoꝛ cepit flere
ac dicere. Per deum vt audio frater tu⁹ ſum ego. qm̄ etiā q̄ me educa
uerant hoc dicebant: qm̄ de lupo eruimus te. Et in amplexus ruentes
oſculabātur ſe inuicem ⁊ fleuerūt. ¶ Audiens hec mater eorum
et conſiderās ꝙ euentū ſuū ita ſeriatim dixiſſent. diu apud ſe tractauit
ſi illi filii ſui eſſent. Altera aūt die ad magiſtꝝ militū adiit. ⁊ interpella
uit eum dicēs. Deꝓcoꝛ te dn̄e: vt me ad patriā meā ꝑduci iubeas. Ego
enī de terra romāoꝝ ſum. ⁊ ꝑegrina hic ſum. Et hec dicens vidit in eo
ſigna mariti ſui. Et eū cognoſcens cum ſe iam cōtinere nō poſſz ꝓcidit
ad pedes ſuos ⁊ ait. Precoꝛ te dn̄e vt exponas mihi p̄ſtinam vitā tuā.
Puto enī ꝙ tu ſis placidus magiſter militum q̄ alio nōie diceris euſta
chius. quem placidum ſaluatoꝛ cōuertit. qui talem ⁊ talē temptatiōem
ſuſtinuit. ⁊ cui vxoꝛ q̄ ego ſuȝ in mari ablata fuit. q̄ tñ ab oī coꝛruptōe
ſuata ſum. q̄ et duos filios ſcz agapitum ⁊ theoſpitū habuit. Hec au
diens euſtachi⁹. et ipſam diligenter cōſiderās vxoꝛem ſuā recognouit
et lacrimatus p̄ gaudio ipſā oſculatus eſt gl̄ificans deū q̄ cōſolatur af
flictos. Tūc dicit ei vxoꝛ ſua: Dn̄e vbi ſunt filii nr̄i. Et ait: A feris ca
pti ſunt. Et expoſuit ei quō ꝑdidit illos. Et illa. Gr̄as agam⁹ deo. Pu
to enī ꝙ q̄ȝadmodū deus dōauit nob vt inueniremꝰ nos inuicem. dōa
bit etiaȝ recognoſcere filios noſtros. Et ille: Dixi tibi ꝙ a feris capti
ſunt. Et illa. Heſterna die ſedens in oꝛto. audiui duos iuuenes ſic ⁊ ſic
ſuā infantiā exponentes. ⁊ credo ꝙ filii noſtri ſint. Jnterroga igit̄ ab
eis ⁊ dicent tibi. Et conuocās eos euſtachi⁹ ⁊ audienſ ab eis infantiā
ſuā recognouit ꝙ filii ſui eſſent. Et āplectentes eos ipſe et mr̄ ſuꝑ coꝝ
colla pl̄imū fleuerunt. et crebri⁹ eos oſculabātur. Omnis igitur exerci
tus pl̄imum gaudebat. ⁊ de inuentōne eoꝝ et de victoria barbaroꝝ.

Cũ igitur rediret ꝯtigit iam traianũ obiiſſe ⁊ ſucceſſiſſe ei peiorẽ in ſceleribꝰ adrianũ. Qui pro victoria obtenta ⁊ inuentõe vxoris ⁊ filioꝝ magnifice eos ſuſcepit. ⁊ magnũ cõuiuiũ ꝑparauit. Alia ãt die ad templũ ydoloꝝ ꝓceſſit. vt ibi ſacrificaret pro victoria barbaroꝝ. Uidens vero imperator. ꝙ euſtachiꝰ nec ꝓ victoria nec pro inuentõe ſuoꝝ ſacrificare vellꝫ. hortabatur vt ſacrificium imolaret. Cui euſtachiꝰ. ego xp̄m deuꝫ colo et illi ſoli ſacrifico. Tunc imperator ira repleṫꝰ ip̄m cũ vxore ⁊ filiis in arena ſtatuit et leõem ferocem ad eos dimitti fecit. Accurrenſ vero leo ⁊ dimiſſo capite q̄ſi eos adorãs ab eis humilr̃ receſſit. Tunc imperator bouem eneũ incendi fecit. ⁊ eos ibidem viuos immitti mãdauit. Orantes igitur ſcĩ ⁊ ſe dñ̃o ꝯmendãtes bouem intraueṙt. ⁊ ibidem dñ̃o ſpũꝫ reddideṙt. Tercia aũt die de boue coram imperatore extracti. ita penitꝰ intacti iuenti ſunt. ꝙ nec capillos nec quicq̃d eoꝝ vapores incendii aliquatinꝰ cõtigeṙt. Criſtiãi vero eoꝝ corpa tuleṙt. ⁊ in loco celeberrimo recondentes. ibidem oratorium cõſtruxeṙt. Paſſi ſunt ãt ſub adriano q̄ cepit circa annum dñ̃i. c. xx. kal̃. nouembris vel ſc̄m quoſdam. xii. kal̃. octobris.

CLVII.

# De omibus ſanctis

Omnium ſcõꝝ feſtiuitas q̃tuor de cauſis inſtituta fuiſſe videtur. Primo ꝓpter cꝰdam templi dedicatõeꝫ. Secundo ꝓpter omiſſoꝝ ſuppletõem. Tercõ propṫ negligentiaꝝ expiatõneꝫ Quarto ꝓpter faciliorem oratõnũ nr̃aꝝ impetratõem. Primo igitur inſtituta eſt propṫ cꝰdã templi dedicatõem. Romani eñi cum vniuerſo orbi domiarentur. quoddã templũ maxim cõſtruxeṙt. in cuiꝰ medio ſuũ ydolum collocãtes. oim ꝓuinciaꝝ ſimulacra ꝑ circumitũ ſtatueṙt. reſpicientia rectis vultibꝰ ydolũ romãoꝝ. Si qñ ãt aliq̃ prouĩcia rebellaret ꝯtinuo vt aiũt arte dyabolica illiꝰ ꝓuincie ſimulacꝝ ydolo romãoꝝ poſteriora voluebat: tanq̃ innuenſ ꝙ ab eiꝰ dñ̃io receſſiſſꝫ. Conciti igitur romani ad illam prouinciã copioſum exercitũ deſtinabãt ⁊ ipſam dñ̃io ſuo ſbiugabãt. Uerꝝ ñ ſuffecit romãis. ꝙ oim ꝓuinciaꝝ ſimulacra ĩ vrbe ſua haberẽt: q̃n potiꝰ fere ſingul̃ dĩis ſingula tẽpla ꝯſtruxeṙt tãq̃ q̄ eos cũctaꝝ prouĩciaꝝ victores ⁊ dñ̃os effeciſſẽt. Sꝫ qꝛ oĩa ydola tẽplũ ibidem hr̃e nõ poterãt. ad maiorem ſue veſanie oſtentatõeꝫ vnũ tẽpluꝫ ceteris mirabiliꝰ et ſublimius ĩ honorem deoꝝ oim erexerunt. ⁊ pãtheon. quod ſonat toti dĩ. vocaueṙũt. a pan quod totum et theos deꝰ. Pontifices ei ydoloꝝ ad maiorem populi deceptõnem finxerunt. ꝙ ſibi a cybele q̄m oium deoꝝ matrẽ vocabant. fuerit imperatũ: vt ſi ð oibus gentibus vellent victoriã obtinere. filiis ſuis templuꝫ magnificũ fabricarent Fundamñtuꝫ ãt ipſiꝰ templi ſpericũ iacitur vt ex ipſa forma. deoꝝ eternitas demõſtreṫ. Sed qꝛ latitudo teſtudĩs inſuſtentabil̃ videbatur

cum ſup̄ terrā in edificio aliq̄tuluz ꝓceſſiſſent totū intuſ terra replebāt
ſimlˀ vt dicitur cū terra denarios iacientes: ⁊ ſic fecer̄t quouſqʒ p̄dictū
templū eſt mirabilˀr cōſūmatū: Nunc data licentia vt q̄cunqʒ terraz aſ
portare vellet. tota q̄m in ipſa terra īueniſſet pecunia ſua eſſet. feſtine
turba properat et ip̄m templū cito euacuat. Deniqʒ romāi pināā ene
am et deauratā fabricant. et in ſummitate collocant. Aiunt quoqʒ q̄ i
hac oīs ꝓuincie mirabilˀr ſculpte erāt: ita vt q̄cunqʒ romā veniſſʒ. ver
ſus quo eſſet ſua prouintia ſcire poſſet. Hec āt procedente tp̄e iñ ceci
dit. vñ et in p̄dicto templo in ſummitate aptura remanſit. Tp̄e igitur
foce imꝑatoris cū iam dudū roma fidem dñi recepiſſʒ. bōifacius pp̄ q̄r
tus a magno gregorio circa ānos dñi. dc. v. predictū templuz a foca ce
ſare īpetrauit. et oīm ydoloꝝ eliminata ſpurcicia ip̄m templū. iiii. yd⁹
maii in honore beate marie et oīm martiꝝ cōſecrauit. ac locum ſancte
marie ad martireſ appellauit. q̄ nunc ſcā maria rotunda a pplo appella
tur. Nōdum ei cōfeſſoꝝ ſolennia ab eccl'ia agebātur Sed q̄ ad hoc fe
ſtū multitudo maxia ꝯfluebat: et ꝓpter defectū victualiū celebratōi va
care ñ poterāt. iō quidā pp̄ gregori⁹ hoc feſtū i kal'. nouembris q̄ñ ma
ioꝛ victualium copia videtur eſſe meſſib⁹ et vindemus celebratis fieri
inſtituit. ac per vniuerſū mundū hunc diē in honore oīm ſcōꝝ celebrari
ſolenniter ordīauit. Et ſic templū q̄ð fabricatuʒ fuerat oibus ydolˀ nūc
dedicatū eſt oibus ſcis. et vbi multitudo colebatur ydoloꝝ. ibi deuote
laudatur multitudo ſcōꝝ. ¶ Ħ Secundo inſtituta eſt ꝓpter omiſſiōe
ſuppletōem. Nos ei multos ſcōs omiſim⁹. de q̄bus nullā feſtiuitatem
ſiue etiā memoriā fecim⁹. Non eni poſſum⁹ oīm ſcōꝝ feſta agere. tum
ꝓpter ſcōꝝ multiplicitatē: q̄ꝛ multi et quaſi infiniti ſunt. tū ꝓpt nr̄am
infirmitatez. q̄ꝛ infirmi et debiles ſum⁹. nec ad ħ ſufficere poſſem⁹. tuʒ
propt tp̄is breuitatē. q̄ꝛ etiā temp⁹ ñ ſufficerʒ. Nam ſicut ait hierom.
in q̄dā ep'la q̄ ſuo kalendario ꝓponitur. Null⁹ dies ē excepto die kalē
daꝝ ianuarii q̄ nō intra. v. milia martiꝝ numeꝝ repiri poſſit aſcript⁹.
Ideoqʒ eccl'ia ratōabilˀr ordinauit: vt q̄ꝛ oīm ſcōꝝ ſingulariter feſta fa
cere ñ poſſum⁹. ſaltem oīſ generalˀr ⁊ inſimul honorem⁹. ¶ Quare āt
inſtitutum ſit vt feſtiuitates ſcōꝝ i terris agam⁹. magiſter guillerm⁹
altiſiodorenſis i ſumma de officio ponit ſex rōnes. ¶ Prima eſt pro
pter honorem diuine maieſtatis. Cum ei ſcis honorem impendimus.
deum in ſcis honoram⁹. et ip̄m in eis mirabilem p̄dicam⁹. q̄ꝛ q̄ ſcis ho
norem tribuit. illū ſp̄aliter honorat q̄ eos ſc̄ificauit. ¶ Secunda eſt ꝓ
pter auxiliū nr̄e infirmitatis. q̄ꝛ eni p̄ nos ſalutem habere ñ poſſum⁹.
ideo ſcōꝝ interceſſionib⁹ indigem⁹ a q̄bus vt adiuuari mereamur me
rito ipſos honorare debem⁹. Legitur ei. iii. Re. i. q̄ herſabee q̄ interp̄
tatur pute⁹ ſacietatis. i. eccl'ia triumphās. filio ſuo. i. eccleſie militanti
regnum ſuis p̄cibus obtinuit. ¶ Tercia eſt propter augm̄tum noſtre

ſecuritatis.vt ſcʒ ꝑ ſcõꝝ gl̃am que nobis in eoꝝ feſtiuitate ꝓponitur: nr̃a ſpes ⁊ ſecuritas augmẽtetur. Si eni hoies mortales nob ſimiles potuerũt ita per ſua merita ſublimari.ꝯſtat ꝙ nos ſimil'r poterim⁹ cũ man⁹ dñi abbreuiata nõ ſit. ¶ Quarta eſt ꝓpter exemplũ nr̃e imitatõis. Cũ ei eoꝝ feſtiuitas.recenſetur.ad eoꝝ imitatõeʒ ꝓuocamur.vt ſcʒ eoꝝ exemplo t̃rena contemnam⁹ ⁊ celeſtia deſiderem⁹ Quinta eſt propt̃ debituʒ mutue viciſſitudis Sancti ei de nob in celo feſtũ faciunt.gaudiũ ei eſt ãgel'dei.⁊ aĩabus ſcĩs ſup vno peccatore penitentiã agente. Ut igitur eis viciſſitudinem rependam⁹.iuſtum eſt vt q̃ꝛ ipſi d̃ nob feſtum agunt i celis.⁊ nos de ip̃is feſtũ agam⁹ in terris ¶ Sext̃ eſt propt̃ ꝓcuratõem noſtri honoris. Cum eni ſcõs honoram⁹.tunc nr̃aʒ rem agim⁹ et noſtꝝ honorem ꝓcuram⁹.q̃ꝛ eoꝝ feſtiuitas eſt noſtra dignitas. Naʒ cum honoram⁹ fr̃es noſtros.honoramus noſipſos.caritas nãqʒ facit omnia eſſe cõmunia. oĩa quidem noſtra ſunt celeſtia terreſtria ⁊ et̃na.

¶ Preter aũt has rõnes ponit alias rõnes iohannes damaſcenus in li.iiii.c.vii.q̃re.ſ. ſancti ⁊ ꝑiter eoꝝ corpa ſiue eoꝝ reliquie debeant honorari. Quaꝝ q̃dam ſumũtur q̃tum ad eoꝝ dignitatẽ:q̃dam q̃tum ad corpoꝝ ipſoꝝ precioſitatẽ. Dignitas aũt eoꝝ vt ibidem dicit q̃druplex eſt Q̃m ipſi ſũt amici dei.filii dei.heredes dei.⁊ duces nr̃i. Et ponit iſtas autoritates: De p̃mo ioh.xv. Iã ñ dicã vos ſuos:ſʒ amicos ⁊c̃. De ſecũdo ioh.i. Dedit eis poteſtatẽ filios dei fieri. De tercõ ro.viii. Si aũt filii ⁊ heredes ⁊c̃. De iiii.ſic dicit: Quãtum laborares vt ducez inuẽires:q̃ mortali te regi adduceret:et ꝓ te ad ip̃m ſmõeʒ faceret. Duces igitur totius generis humani q̃ ad deum ꝓ nob interpellatiões faciunt.nõne honorãdi ſunt. Utiqʒ q̃dem honorãdi ſunt templa erigentes deo ⁊ eoꝝ memoriã venerãtes: Alie ſumũtur q̃tũ ad corpm ipſoꝝ precioſitatẽ: Et ponit idem dama.iiii.et aug.addit:q̃ntaʒ ꝑ q̃s manifeſtatur ꝓcioſitas corpoꝝ ſiue reliquiaꝝ ſcõꝝ: Ipſa eni ſcõꝝ corpora fuerũt ꝓmptuariũ dei:templũ xp̃i.alabaſtꝝ ſp̃ũalis vnguenti:fontes diuini:et organum ſp̃ũſſancti. ¶ Primo ei fuerũt ꝓmptuariũ dei: Uñ dic̃ Hi ei ꝓmptuaria dei. pura cenacula facti ſunt Secundo templũ criſti Uñ ſeq̃tur Quoniã ꝑ intellectum i corporib⁹ eoꝝ hitauit de⁹.ait apl̃s Neſcitis q̃m corpa v̄ra templũ inhitãtis in vob ſp̃ũſſancti ſunt: Deus auteʒ ſp̃ũs eſt. Qual'r igitur nõ honorãda animata dei templa:⁊ aĩata dei tabernacula ⁊c̃. De hoc etiã chriſo. Homo in edificatõne parietum dlectatur:deus ãt in cõuerſatõe ſcõꝝ. Uñ p̄ſ. Domie dilexi deco.do.t. Quem decorẽ. Non q̃m diuerſitas marmoꝝ ſplendentiũ facit:ſed q̃m p̄ſtat varietas viuentium g̃tiaꝝ. Ille decor carnem delectat:iſte viuificat animã. Ille ꝓ t̃pe deiicit:et d̃cipit oculos.iſte ãt inppetuum edificat intellectum. Tercio alabaſtꝝ ſp̃ũalis vnguenti Uñ ait.vnguentuʒ bõi odoris ex ſe manãs ſcõꝝ reliquie tribuentes. Et null⁹ h̃ diſcredat.

Si eniꝫ ex rupe ⁊ firma petra aqua in heremo emanauit. ⁊ ex maxilla
aſini ſamſoni ſitienti aqua venerat: mlͭo potꝰ ex martiꝝ reliquiis vn
guentum bñ olenſ emanare incredibile nequaꝙ̄ eſt ſitientibꝰ diuinã vir
tutẽ ad ipoꝝ ſcõꝝ honorẽ. Quarto fõtes diuini. Vñ ait. Iſti viuentes
in veritate cũ libera pñtia deo aſſiſtunt. Fontes nobis ſalutareſ dñator
chriſtꝰ ſcõꝝ ſuoꝝ prebuit reliq̃as multiformia bñficia irrigantes. Quin
to organum ſpũſſancti. Hanc rõnem aſſignat aug. in libro de ciui. dei.
dicens. Nõ ſunt ꝯtemnenda ſed plurimũ reuerenda ſcõꝝ corpora. q̃bꝰ
dum adhuc viuerent ſpũſſanctꝰ q̃i q̃buſdã organis ad omne opꝰ bonũ
vſus ẽ. Vñ apl's. An expimentũ q̃ritis eiꝰ q̃ i me loq̃tur criſtus Et de
ſtephano dicitur: ꝙ nõ poterãt reſiſtere ſapientie ⁊ ſpũi qui loq̃bat᷑ ⁊c.
Item ambro. in exameron. Hoc eſt precioſiſſimũ ꝙ hõ diuine vocis fit
organũ. ⁊ corꝑalibus labiis exꝓmit celeſte oracl'm. ¶ B Tercõ in
ſtituta eſt propť negligentiaꝝ expiatiões Licet eni paucoꝝ ſanctoꝝ fe
ſta agamus. adhuc tñ illa pauca negligenter ſepe agimꝰ. ⁊ multa ibidẽ
per ignorantiã l' negligentiã obmittimꝰ. Si igitur i aliis ſolennitatibꝰ
ſcõꝝ q̃ſ egimꝰ aliq̃d neglexımꝰ. i hac gñali feſtiuitate ſupplere poſſumꝰ
et de negligentia nos purgare valemꝰ. Hec ratõ videtur tangi i ſmõe
qui hac die per eccleſias recitatur. in q̃ ſic dicitur Decretuꝫ eſt vt hac
die ſcõꝝ oim memoria habeatur. vt quicq̃d humana fragilitas ꝑ igno
rantiã vl' per negligentiã ſeu ꝑ occupatõem rei ſecularis in ſolennitati
bus ſcõꝝ minꝰ bene pegiſſet. in hac ſcã obſuatõe ſoluatur. ¶ Notan
dum ãt ꝙ q̃druplex eſt dĩa ſcõꝝ noui teſtamenti quos per ãni circulũ
colimꝰ: ⁊ quoſ hodierna die inſimul ꝛcolimꝰ: vt ea q̃ negligenter fecimꝰ
ſuppleamꝰ ſcꝫ apl'i. martires. ꝯfeſſores. ⁊ virgines. Et hi ſm rabanum
per quatuor mundi ꝑtes ſignificantur. Per orientem apl'i. ꝑ meridieꝫ
martires. ꝑ aq̃lonem confeſſores. per occidentem virgines. ¶ Prima
igitur dĩa eſt apoſtoloꝝ. quoꝝ dignitas ⁊ excellentia manifeſtatur. ex
eo ꝙ omnes alios ſcõs in quatuor excedunt. ¶ Primo in ꝑeminentia
dignitatis. Ipſi eni ſunt ſapientes ꝑncipes eccleſie militãtis. potentes
aſſeſſores eťni iudicis. dulces paſtoreſ dominici greg̃ Bern. Tales dece
bat humani generis paſtores ⁊ doctores ꝯſtitui. qui ⁊ dulces eſſent et
potentes ⁊ ſapienteſ. Dulces vt me blande et miſicorditer ſuſciperent
potẽtes vt fortiť protegerent. ſapiẽtes vt ad viã ⁊ ꝑ viã ducerẽt. q̃ du
cit ad ciuitatẽ ſupnã. ¶ Secundo in ꝑeminentia poteſtatis. De quoꝝ
poteſtatis ꝑeminentia ſic dicit aug. Apoſtol' deus dedit poteſtateꝫ ſuꝑ
naturã vt eã curarent. ſr̃ demões vt eos euerterent. ſuꝑ elementa vt ea
mutarent. ſr̃ animas vt ipſas a peccatis ſoluerent. ſr̃ mortem vt ipſam
cõtemnerent. ſuꝑ angelos vt corpuſ dominicum cõſecrarent. ¶ Tercõ
in ꝑrogatiua ſcitatis. Unde propter coꝝ maximã ſcitatem: et gratiaꝝ
plenitudinem: vita et cõuerſatio xp̃i in eis tanꝙ̄ in ſpeculo relucebat et

cognoſcebatur in eis ſicut ſol in ſuo ſplendore: ſicut roſa in ſuo odore.
ſicut ignis in ſuo calore. De hoc dicit criſo. ſup matheū. Miſit criſtus
apl'os quaſi ſol radios ſuos. q̄i roſa ſuauitatis ſue odorē. q̄i ignis ſcin-
tillas ſuas diſpſit: vt ſicut ſol in radiis ſuis appar3. ſicut roſa in odori
bus ſuis ſentitur. ſicut ignis in ſcintillis ſuis aſpicitur. ſic in illoꝝ vir
tutibꝰ xp̄i potētia cognoſcatur. Hec criſo. ¶ Quarto in efficacia vti
litatis De quoꝝ efficacia ſic dicit aug. loq̄ns d aplis. Ex abiectiſſimis
ex imperitiſſimis ex pauciſſimis nobilitātur. illuminantur. mltiplicātur.
dulciſſima eloquia. preclariſſima ingenia. copioſiſſima agmina. mirabi
leſq3 peritias autoꝝ facundoꝝ at3 doctoꝝ ſubiugāt criſto. ¶ Secūda
dīa eſt martiꝝ. Quorum dignitas ⁊ excellentia manifeſtatur ex eo ꝙ
paſſi ſunt multiplicit. vtiliter ⁊ conſtāter. ¶ Multipliciter qm̄ preter
martiriū ſanguiſ paſſi ſūt triplex aliud martiriū ſine ſāguie De q̄ tripli
ci martirio dicit bern. Triplex eſt martiriū ſn̄ ſanguie. ſc3 parcitas in
vbertate quā habuit dauid. largitas i pauptate quā exhibuit thobyas
et vidua. caſtitas in iuuentute. q̄ vſus eſt ioſeph in egipto Scd̄m autē3
grego. triplex eſt martiriū ſine ſanguie. ſc3 patientia aduerſoꝝ. Unde
dicit. Sine ferro martireſ eſſe poſſumꝰ. ſi patientiā in aīo veracit cuſto
dimꝰ. Compaſſio afflictoꝝ: Uñ dicit. qui dolorem exhibet in aliena ne
ceſſitate crucem portat. in mente. Dilectō inimicoꝝ. Uñ dicit. Ferre
ↄtumelias. odientem diligere: martiriū eſt in occulta cogitatōe. ¶ Se
cundo vtilr. Que vtilitas ex pte ipſoꝝ martiꝝ eſt oīm peccatoꝝ remiſ
ſio. meritoꝝ cumulatio. ⁊ eterne glīe perceptio. Illa p̄cio ſui ſanguinis
ſibi emerūt. ⁊ iō eoꝝ ſanguis dicitur precioſus. i. precio plenꝰ. De p̄mo
et ſecundo dicit aug. de ci. dei. Quid eſt precioſiꝰ q̄ꝫ mors propt quam
delicta dimittūtur. ⁊ merita cumulātur. Idem ſr iohānē3. Precioſꝰ eſt
ſāguis xp̄i ſine precio. fecit tñ ipē ſuoꝝ ſāguiē3 p̄cioſū p qbꝰ dedit ſan
guinem i preciū. Nam ſi ſuoꝝ ſanguiem nō faceret p̄cioſu3 nō diceret
precioſa i cōſpectu dn̄i ⁊c̄. Item cypanus. Martiriū eſt delictoꝝ finis
periculi terminꝰ. dux ſalutis. patientie magiſter. domꝰ vite: De tercio
bern. Tria ſunt q̄ mortem ſcōꝝ faciūt precioſā. quies a labore. gaudiū
de nouitate. ſecuritas de eternitate. ¶ Ex pte nr̄a duplex eſt vtilitas
q2 dati ſunt nob in exemplar ad certandum: Chriſoſtomꝰ. Tu criſtiane
delicatus es miles. ſi putas te poſſe ſine pugna vincere ſine certamine
triumphare: Exerce vires fortit. dimica atrociter. in prelio iſto ↄcerta.
conſidera pactum. conditō3 attende. militiā noſce. pactū quod ſpopon-
diſti: conditōem quā accepiſti: militiā cui nomen dediſti. Hoc eni pacto
cuncti pugnauerūt: hac conditōe vniuerſi vicerūt: hac militia triūphaue-
runt. Hec chriſo. Secundo dati ſunt nobis in patronos ad auxiliādu3
Adiuuant eni nos et meritis ſuis. ⁊ orōnibus ſuis. De p̄mo auguſtiꝰ
O immenſa dei pietas. martiꝝ merita noſtra vult eſſe ſuffragia. Illos

examiat vt nos erudiat. illos cōterit vt nos acquirat. illoꝝ cruciatꝰ no
ſtros vult eſſe ꝓfectus. De ſecundo hiero. contra vigilātium. Si apl'i ⁊
martires adhuc in corpe poſiti poſſunt orare ꝑ ceteris. qn̄ de ſe adhuc
deberent eſſe ſoliciti. quātomagis poſt coronas victorias ⁊ triumphos
Unꝰ homo moyſes impetrauit veniā a deo ſexcentis milibꝰ armatoꝝ
Et ſtephanus paulo ⁊ multis aliis veniā obtinuit. Sed poſtq̄ cū xp̄o
eſſe ceperūt multomag̃ poſſunt. Paulus apl's. cclxxvi. ſibi dicit in naui
animas condonatas. et poſtq̄ reſolutus cepit eſſe cū criſto multomag̃
pōt: ¶ Tercio conſtāter. Augꝰ. Framea eſt aia martiris ſplēdida ca
ritate. acuta veritate. dei pugnātis vibrata virtute. q̄ bella fecit. q̄ con
tradicentium catervas redarguendo ſupauit. percuſſit infeſtos. ꝓſtra
uit aduerſos Item criſo. Torti torq̄ntibus fortiores ſteterūt ac lanian
tes vngulas laniata membra vicerūt. ¶ Tercia dr̄ia eſt ꝯfeſſoꝝ
Quoꝝ dignitas et excellentia manifeſtatur ex eo q̄ deum cōfeſſi ſunt
tribꝰ modis. ſcʒ corde ore ⁊ ope. Cōfeſſio āt cordis n̄ ſufficit ſn̄ ꝯfeſſiōe
oris. ſicut probat criſo. quatuor ratōibus ſr̄ matheū. ¶ Quantuʒ ad
ꝑmā ſic dicit. Radix ꝯfeſſiōis fides eſt cordis. ꝯfeſſio āt fructꝰ eſt fidei
Sicut ergo q̄diu radix eſt viua in terra. neceſſe eſt vt aut ramos produ
cat aut folia. Si aūt nō ꝓduxerit. ſine dubio intellige: q2 radix in terra
ſiccata eſt. Sic q̄diu fides cordis integra eſt. ſꝑ germinat ꝯfeſſionem
in ore. Si āt confeſſio marcida fuerit oris. intellige ſine dubio q2 fides
cordis eiꝰ iam an̄ ſiccata eſt. ¶ Quātum ad ſecundā ſic dicit. Si tibi
prodeſt corde credere. ⁊ corā hoibꝰ nō ꝯfiteri. ergo et infideli ypocrite
confiteri xp̄m prodeſt etiā ſi corde nō credat. Si aūt ille nihil proficit
ſine fide confitens. nec tu ꝓficis credendo ſine confeſſiōe. ¶ Quātuʒ
ad terciā ſic dicit. Et ſi ſufficit xp̄o q2 cognoſcis eū etiā ſi cōfeſſus euʒ
nō fueris corā hoibus. ergo ⁊ tibi ſufficiat q2 cognoſcit te criſtus etiā
ſi confeſſus nō fuerit te corā deo. Si aūt tibi non ſufficit cognitō eius
nec illi ſufficit cognitio tua. ¶ Quātum ad q̄rtā ſic dicit. Si eni ſuffi
ceret tibi fides cordis. cor tm̄mō tibi deus creaſſet. Nunc āt et os tibi
deus creauit vt corde credas et ore confitearis ¶ Tercio cōfeſſi ſunt
deum ope. Qualr̄ aūt q̄s deū opere cōfiteatur. aut neget. oſtendit hie
ronimꝰ in originali ſuꝑ illud. cōfitentur ſe noſſe deū dicens. Chriſtus
eſt ſapientia. iuſticia. veritas. ſc̄itas. fortitudo. Negatur ꝑ inſipientiā
ſapientia. ꝑ iniquitatē iuſticia. ꝑ mendaciū veritas. per turpitudiēʒ ſan
ctitas. ꝑ imbecillitatē animi fortitudo. et quotienſcūq3 vincimur viciis
atʒ peccatis totiens deum negamꝰ. ⁊ ecōuerſo q̄tiens bn̄ quid agimꝰ
deū cōfitemur ¶ Quarta dr̄ia eſt virgim. Quaꝝ dignitas ⁊ excellētia
manifeſtatur ꝑmo: q2 ip̄e ſunt ſponſe eterni reg̃. Ambro. Pulcritudīeʒ
quis pōt maiorēʒ eſtimare decore eiꝰ q̄ amatur a rege. ꝓbatur a iudice
dedicatur a deo. ſemꝑ ſponſa. ſꝑ innupta Secundo q2 cōꝑantur āgelis

Ambroſius. Virginitas cōditōem hūane nature ſupgreditur. p quā
hoīes angelis ſociātur. maior tñ eſt victoria virgīm q̄ angeloꝝ. An
geli enī ſine carne viuūt. virgines vero in carne triumphāt. Tercio q̄a
illuſtriores ſunt fidelibus vniuerſis. Vñ cyprian⁹. Virginitas eſt flos
eccleſiaſtici germis. decus atq̧ ornamētuȝ grē ſpūalis. leta indoles lau
dis et honoris. opus integꝝ atq̧ incorruptū dei imago. rurſus ad ſan
ctimoniā dei illuſtrior. portio gregis criſti. Quarto q2 pferuntur con
iugatis. Hec āt excellentia quā hȝ virgītas reſpectu copule cōiugalis
ptȝ ex multiplici comparatōe ad illam. Illa ei impḡnat ventreȝ. iſta men
tem. Aug. Generoſius elegit in carne vitā iam imitari angeloꝝ q̄ ex
carne numeꝝ augere mortalium. Eſt aūt vberior feliciorq̧ fecūditas
nō ventre ḡueſcere. ſȝ mente ḡndeſcere. Illa pturit filios doloris. iſta
filios gaudii et exultatōis. Aug⁹. Ipſa cōtinētia nequaq̄ ſteril' eſt. ſed
fecunda mr̄ filioꝝ gaudioꝝ de marito te dñe. Illa filiis replet terram
iſta celum. Piero. Nupcie terrā implent. virginitas paradiſuȝ. Illa āt
eſt multe ſolicitudīs. iſta quietis. Gilbertus. Virgitas eſt curaꝝ ſilen
tium. pax carnis. redemptō vicioꝝ. pncipat⁹ virtutū Illa eſt bonū. iſta
meli⁹. Piero. ad pammachiū. Tm̄ eſt inter nuptias ⁊ virgītatem: q̄tū
inter nō peccare ⁊ bñfacere. Imo vt leui⁹ dicā. q̄ntum inter bonū ⁊ me
lius. Illa cōparatur ſpinis: iſta roſis. Piero. ad euſtochiuȝ. Laudo nu
ptias: ſed q2 mihi virgīes generāt. lego de ſpinis roſam: de terra auꝝ
de cōcha margaritā. Quinto q2 multis gaudent puilegiis. Ipſe nāq̧
virgines coronā aureolā habebūt. canticum nouum ſole cātabunt veſti
mentis eiſdem cum xp̄o gaudebūt. poſt ipm agnuȝ ſemper ambulabūt

CS Quarto et vltio inſtituta eſt propt faciliorem orōum noſtraꝝ
impetratōem: vt ſicut omnes ſcōs vniuerſal'r hac die honoram⁹. ſic et
ipſi omnes pro nob inſimul intercedāt. vt ſic dei mīſicordiā facili⁹ im
petrem⁹. Si ei impoſſibile eſt multoꝝ preces nō exaudiri: conſtat quia
impoſſibile valde erit oīm ſcōꝝ pro nob orantiū preces non exaudiri.
Hec ratio ī orōne tangitur cū dicit: Deſideratā nob tue propiciatōis
abundantiā multiplicatis interceſſorib⁹ largiaris. Intercedunt enīȝ p
nobis ſancti merito ⁊ affectu Merito. dū nob eoꝝ merita ſuffragātur
Affectu. dum vota noſtra cupiunt adimpleri. quod tñ non faciunt niſi
voluntate dei adimplenda didicerit. Qȝ autem in hac die omnes ſci
ad intercedendū vniuerſaliter pro nobis cōueniant. oſtenditur in q̄dā
viſione q̄ ſeq̄nti anno ab hui⁹ ſolennitatis inſtitutōe contigiſſe narrat
Cum eni in hac die cuſtos eccleſie ſancti petri ex deuotiōe omnia alta
ria circūiſſet: ⁊ oīm ſcōꝝ ſuffragia imploraſſet. et demū ad altare ſācti
petri rediſſet. ibi paululū cōquieſcens ext ſe rapitur. Et ecce vidit regē
regum in ſublimi ſolio cōſiſtentem ⁊ oīs angelos in eius circūitu com
morantes. Tunc virgo virginū in dyademate pfulgenti aduenit. quā

innumerabilis m̃ltitudo virgĩm ⁊ cõtinentiũ ſeq̃batur. Huic rex prius aſſurrexit: ⁊ poſito ſolio iuxͣ ſe ſedere fecit. Poſt hoc aduenit q̃dam veſtitus pilis cameloꝝ. q̃m ſeq̃batur multitudo venerabiliũ ſenioꝝ. Deĩ aduenit ⁊ alius pontificali hitu decoratus q̃m aliquoꝝ chorus in hitu cõſimili ſeq̃batur. Poſtea vero ꝓceſſit innumerabil' multitudo militũ. Poſt quos aduenit turba diuerſaꝝ gentiũ infinita. Om̃s igitur ante regẽ ſolium aduenerũt. ⁊ ipm̃ flexis genib⁹ adorauerũt. Is aũt qui in pontificali hitu erat. matutinas ceteris proſeq̃ntibus inchoauit. Angelus aũt q̃ p̃dictũ cuſtodem ducebat. eidem viſiõꝫ expoſuit. aſſerens virgĩꝫ in p̃ma acie m̃rem dei eſſe. veſtitum de pil' cameloꝝ: iohãnem baptiſtã. cum p̃tarchis ſimul ⁊ prophetis: pontificali ornatum hitu. petꝝ cum ceteris ap̃lis. milites martires. turbã reliquã cõfeſſores. Qui iõ om̃s añ regeꝫ venerũt: vt pro honore ſibi hac die a mortalib⁹ exhibito g̃tias agerent. ⁊ pro orbe vniuerſo orarent. Deĩ ad locum aliũ ipm̃ duxit. ⁊ vtriuſqꜫ ſex⁹ hoies alios in ſtratis aureis. alios in menſis gaudentes diuerſis deliciis. alios nudos et inopes auxilium mendicãtes oſtendit. Dixit aũt hũc locũ purgatoriũ eſſe. abundãtes vero aĩas illas eſſe qb⁹ ab amic̃ ꝑ m̃lta ſuffragia copioſe ſubueniebaꝰ. egentes vero eſſe quoꝝ cura nllaten⁹ hẽbatur. Juſſit ergo vt oĩa iſta ſũmo põtifici intimarꝫ: vt p⁹ feſtũ oĩm ſcõꝝ diem ſtatueret aĩaꝝ. vt ſaltem g̃nalia ſuffragia ꝑ illis illa die fierent: q̃ ſpecialia habere nequirent.

CLVIII

## De cõmẽoratõe oĩm fideliũ defunctoruꝫ

Commemoratio oĩm fidelium defunctoꝝ hac die in eccl'ia fieri inſtituta eſt: vt generalib⁹ bñficiis adiuuentur. q̃ ſpecialia habere ñ ꝑualent. ſic in predicta reuelatõe mõſtratum eſt. Ait qꜫ petrus damiani: q̃ ſanct⁹ odilo cõpiens: q̃ apud vulcanũ ſicilie crebro voces: ⁊ vlulat⁹ demõuꝫ audiebãtur. plãgentiũ q̃ aĩe defunctoꝝ ꝑ elemoſinas ⁊ orõnes de eoꝝ manibus eripiebãtur. in ſuis mõaſteriis ordinauit: vt poſt feſtum oĩm ſcõꝝ fieret ꝯmemoratõ defunctoꝝ. qd̃ fuit poſt ab omni eccleſia approbatum. De duob⁹ aũt hic ſpecialiꝛ videri põt. Primo de ipis purgãdis Secundo de eoꝝ ſuffragiis. Circa p̃muꝫ tria videnda ſunt. Primo qui ſunt illi q̃ purgãtur. ſecundo ꝑ quos purgãtur. tercĩo vbi purgãtur. Illoꝝ aũt q̃ purgãtur tria ſunt genera. Primi q̃ ſatiſfactõe ſibi iniũcta nõdum ꝯpleta decedunt. Nec tñ ſi tantã hñent cordis cõtritiõem q̃ ſufficeret ad delendũ peccatuꝫ. liberi ad vitã tranſirent. etiã ſi ſatiſfactõem minime cõpleſſent. q2 contritio eſt maxĩa pro peccato ſatiſfactio et maxima peccati deletio. Hiero. Apud deũ nõ tam valet menſura tp̃is q̃ doloris. nec tam abſtinentia ciboꝝ q̃ mortificatio vicioꝝ. Sed q̃ nõ adeo cõteruntur. ⁊ añ ꝯpletõem penitentie moriũtur. igne purgatorii

grauiſſime puniũtur. niſi forte eorꝫ ſatiſfactio ab aliq̃bus caris ſuis ꝑ
ficienda aſſumatur. Ad hoc tñ ꝙ p̄dicta cõmutatio valeat quatuor re
quirũtur. Primũ eſt ex pte cõmutantis ſcꝫ eius autoritas. qꝛ de ſacer
dotis autoritate dꝫ fieri. Sciendũ eſt ex parte illi⁹ pro q̃ fit cõmutatõ
ſcꝫ ei⁹ neceſſitas. qꝛ in tali ſtatu debet eſſe ꝙ ꝑ ſe ſatiſfacere nõ valeat:
ſed adiuuari indigeat. Terciũ eſt ex parte illius ĩ quẽ fit cõmutatõ ſcꝫ
caritas: qꝛ neceſſe eſt ipm̃ eſſe in caritate q̃ faciat ipſã ſatiſfactõem eſſe
meritoriã ⁊ ſatiſfactoriã. Quartũ eſt ex pte pene ſcꝫ debita ꝓportõabi
litas. vt vicꝫ minor pena cõmutetur in maiorem. qꝛ plus ſatiſfacit deo
pena ꝓpria q̃ꝫ aliena: Eſt enim triplex pena ſcꝫ ꝓpria et voluntaria. et
hec maxīe ſatiſfacit. Secunda eſt ꝓpria ⁊ nõ volũtaria: q̃ eſt ĩ purgato
rio. Tercia eſt voluntaria: ſed nõ ꝓpria. ſicut eſt in p̄dicta cõmutatõe
et hec min⁹ ſatiſfacit q̃ꝫ p̄ma: ex eo ꝙ nõ eſt ꝓpria. ⁊ mag̃ q̃ꝫ ſecunda ex
eo ꝙ eſt voluntaria. Sextũ ſi iſte pro quo ſatiſfactõ eſt aſſumpta dece
dit nichilominus tñ in purgatorio cruciatur. ſed tamen ꝑ penã quam
ipſe ſuſtinet. ⁊ quã alii ꝓ eo ſoluũt. citi⁹ liberatur. quoniã dñs et penã
ſuam: ⁊ penã illorꝫ in ſortem cõputat: Vñ ſi debuit in purgatorio penã
duorꝫ menſiũ ſuſtinere. talis ſic poterit iuuari ꝙ liberabitur vno mẽſe.
Nunq̃ꝫ tñ inde eripitur quouſqꝫ debitũ ſit ſolutum. Quo ſoluto. illud
quod ſoluitur deinceps eſt ipſi⁹ qui facit et in ſinum ei⁹ cõuertitur: ⁊ ſi
ipſe nõ indiget cõuertitur in ſinũ eccleſie. vl' valꝫ aliis q̃ in purgatorio
ſunt. Secundi qui in purgatoriũ deſcendunt. ſunt. qui ſatiſfactiõeꝫ
quidẽ iniunctã cõpleuerũt: ſed tñ ad illã penã ignorantia vl' negligentia
ſacerdotis nõ fuit ſufficienſ. Hi enĩ niſi magnitudo cõtritõis ſuppleat
totũ in purgatorio ꝯplebunt quod min⁹ in hac vita fecerũt. Deus enĩꝫ
qui modos et menſurã peccatorꝫ ⁊ penarꝫ nouit: addit penã ſufficientẽ
ne aliquod peccatum impunitũ remaneat. Vñ penitentia iniuncta aut
eſt maior aut eq̃lis aut mĩor. Si maior: tunc illud quod pl⁹ fecerit cedit
ei ad augm̃tum glorie. Si equal' tunc ſufficit ad dimiſſiõeꝫ toti⁹ culpe
Si minor tunc illud qđ reſtat ſuppletur ex virtute diuine iuſticie. De
his vero q̃ in fine penitẽt audi quid auguſtin⁹ ſentiat. Baptizatus ad
horam ſecur⁹ hinc exit. fidel' bñ viuens ſecurus hinc exit. agens peni
tentiã et reconciliat⁹ cum ſan⁹ eſt ſecur⁹ hinc exit. agens penitẽtiaꝫ ad
vltim ⁊ recõciliatus ſi ſecurus hinc exit: ego nõ ſum ſecur⁹ Ergo tene
certũ et dimitte incertum. Hec aũt iõ dicit aug⁹. qꝛ tales conſueuerũt
potius penitere ex neceſſitate q̃ꝫ ex voluntate. poti⁹ timore pene q̃ꝫ amo
re glĩe. Tercii q̃ in purgatorium deſcendunt: ſunt qui lignum fenũ ⁊ ſti
pulã ſecum ferunt. qui ſcꝫ circa ſuas diuicias infra tamen deũ carnali
tenentur affectu. Affectiones enĩ carnales q̃bus dediti ſunt domibus
cõiugibus poſſeſſionib⁹. ita tamen vt nil deo p̄ponãt. illis tribus ſigni
ficantur. Qui ſm̃ ſuos amandi modos vel diutius vt lignũ. vel minus

vt fenum vl' minimū vt ſtipula cremabūtur. Qui ignis ſicut dicit aug;
et ſi eternus nō ſit. miro tamen mō eſt grauis. excellit eni omnem penaꝫ
quā vnꝙ̄ paſſus eſt aliquis in hac vita Nunꝙ̄ in carne inuenta eſt tāta
pena. licet mirabilia martires paſſi ſint tormenta. ¶ B Circa ſe
cūdum per quos ſcȝ purgātur. ſciendum ꝙ illa purgatio et punitio fit
ꝑ malos angelos et non per bonos. Boni eni āgeli non vexant bonos:
ſed bōi malos. ⁊ mali bonos. ⁊ mali malos. Hic tamen credendum eſt
ꝙ boni angeli fr̄es et conciues ſuos freq̄nter viſitāt ⁊ cōſolantur. et vt
patienter ſufferant exhortātur. Hn̄t etiam aliud cōſolatōnis remediū.
et eo ſcȝ ꝙ certi gl'am futurā expectant. Hn̄t enim certitudineꝫ de gl'a
minorem tamen ꝙ̄ illi q̄ ſunt in patria. ſed maiorem ꝙ̄ illi qui ſunt ī via.
Certitudo eni illoꝝ q̄ ſunt in patria eſt ſine expectatōe ⁊ timore: qꝛ nec
illam futurā expectāt. cum p̄ntem habeāt. nec illam de cetero amittere
formidāt. Certitudo aūt illoꝝ qui ſunt ī via econtrario eſt. Sȝ certitu-
do illoꝝ q̄ ſunt in purgatorio medio modo eſt: Eſt eni cum expectatōne
qꝛ ipſam futuram expectāt. ſed eſt ſine timore: qꝛ cum habeant liberum
arbitriū confirmatū de cetero ſe peccare non poſſe cognoſcunt. Habēt
etiā aliam conſolatōem quādo ꝓ ſe ſuffragia fieri credunt. Forte tamē
verius credendum eſt: ꝙ illa punitio nō fit ꝑ malos angelos: ſed diuia
iuſticia iubente. ⁊ flatu eius ſuccendente. ¶ Circa terciū vbi ſcȝ pur-
gantur. ſciendū ē: ꝙ purgātur in quodā loco iuxta infernum poſito: q̄
purgatoriū dicitur ſm̄ poſitōem plurimoꝝ ſapientum. licȝ alijs videat'
ꝙ ſit in aere vl' in torrida zona. Sed tamen ꝑ diuinā diſpenſatōꝫ diuer
ſa loca diuerſis animabꝰ aliquādo deputātur. Et hoc multiplici de cā.
ſcȝ aut propter coꝝ leuem punitōnem. aut propter coꝝ celeriorem libe
rationem. aut propt' noſtram inſtructōnem. aut propter culpe in loco ꝑ
petrationem. aut ꝓpter alicuius ſancti orationem. ¶ Primo propter
coꝝ leuem punitōem. ſicut aliquibus ſm̄ gregoriū reuelatum eſt. aīas
quaſdam in vmbra punitas eſſe. ¶ Secundo propter coꝝ celerioreꝫ
liberationem. vt ſcȝ poſſint alijs ſuam indigentiā reuelare: ⁊ ab eis ſuf
fragia petere. ⁊ ſic celerius de pena exire. Sicut legitur ꝙ quidā piſca
tores beati theobaldi in autumno fruſtum magnū glaciei pro piſce p̄e
diderūt. d' quo magis ꝙ̄ de piſce gauiſi: maxie qꝛ epiſcopꝰ dolore pedū
laborabat. ipſam glaciem eius pedibus ſuppoſuerūt. ⁊ magnum refri
gerium ei p̄ſtabat. Quadā vero vice de glacie vocem hoīs audiuit. q̄
ab epiſcopo adiuratus quis eſſet dixit. Sum quedam anima: q̄ in hoc
gelicidio ꝑ peccatis meis affligor. ⁊ liberari poſſem. ſi. xxx. miſſas ſine
interuallo. xxx. diebus cōtinuis diceres. Qui cum miſſaꝝ medietatem
dixiſſet: ⁊ ſe iam ad miſſaꝫ aliā prepaſſet. dyabolica ſuggeſtiōe ꝯtigit ꝙ
fere omnes hoīes illius ciuitatis inter ſe bella mouerent. Vn̄ vocatus
ep̄s ad ſedandā diſcordiam ſacras deponens veſtes miſſam illa die ꝑ-

termiſit. Iterũ reincipiens: ⁊ iã duas partes ꝯplens. exercitus magnꝰ
vt videbatur ciuitatem obſedit. et cõpulſus miſſe officium intmiſit.
Et deinde reincipiens. cum oĩs miſſas vltra excepta dixiſſet. ⁊ vltimã
incboare vellet. tota villa et domꝰ epiſcopi vt videbaẜ accenſa eſt. Qui
cũ ſui dicerent vt miſſam intermitteret. ille dixit. Si tota villa cremari
deberet. miſſam nõ dimitterez: q̃ celebrata glacies ꝓtinus reſoluta eſt.
et ignis q̃m ſe vidiſſe credebãt tanq̃ fantaſma receſſit et nullũ dampnuz
intulit. ¶ Tercio propẜ noſtram inſtructõem: vt ſcz magnã penaz pꝰ
hanc vitã infligi peccãtibus cognoſcamꝰ. Sicut pariſiꝰ cõtigiſſe legiẜ
Magiſter enĩ ſilo vt ait cantor pariſienſ. q̃ndam ſuũ ſcolarem ſociuz
egrotãtẽ obire rogauit. vt poſt mortem ad ſe rediret. ⁊ ſtatum ſuũ ſibi
renunciaret. Poſt aliquot igitur dies ſibi appuit cũ cappa de ꝑgame=
no tota d̃ ſophiſmatibꝰ deſcripta ⁊ intus flãma ignis cõtecta. Qui re
quiſitus a magiſtro quiſnã eſſet. ait. Ille vtiq3 ſuz: qui ad te redire pro
miſi. Qui de ſtatu ſuo requiſitus ait. Hec cappa plus ſup me ponderat
et plus me p̃mit q̃3 ſi vnã turrim ſup me bɼem. ⁊ eſt michi data vt eaz
portem pro gl̃a quã in ſophiſmatibꝰ babui. Porro flãma ignis q̃ coop
ta eſt: pelles ſunt delicate. et varie quas ferebam q̃ flamma me cruciat:
et exurit. Sed cũ magiſter illã penam facilẽ iudicaret. Dixit ei defũctꝰ
vt manũ extenderet. ⁊ ſic facilitatem ſue pene ſentire poſſz. Cunq3 ma
num extendiſſet. ille guttam vnam ſui ſudoris dimiſit: quem predicti
magiſtri manum quaſi ſagitta citius ꝑforauit. ita ꝙ cruciatũ mirabilẽ
ſenſit: et ait. Talis ſum totus. Ille igitur magiſter ex illiꝰ pene acerbi
tate ꝑterritus. ſeculum deliberauit deſerere: ⁊ religionem intrare. Vñ
mane ſcolaribꝰ ꝯgregatis hos verſus cõpoſuit. Linquo coax ranis cra
coruis vanaq3 vanis. Ad logicam pergo: que mortis non timet ergo.
et ſic ſeculum deſerens: ad religionem confugit. ¶ Quarto propẜ cul
pe in loco ꝑpetratõem. Sic aliquãdo ſm augꝰ. anime puniũtur in locis
in q̃bus delĩq̃runt. ſicut patet ꝑ illud exemplum. quod recitat gregꝰ. in
q̃rto dyalogoꝝ. Quidã nanq3 pſ̃biter dum balneũ freq̃ntaret. q̃ndam
viꝝ incognitum ad ſuũ obſequiũ p̃ꝑatum iuenit. qui ſemp ſibi ſedule
miniſtrabat. Qui dum q̃dam die ꝓ benedictõe et laboris mercede q̃n=
dam panem benedictũ ſibi exhiberet. ille merens rñdit: Michi iſta q̃re
das pater. Iſte panis ſanctꝰ eſt. ego autem mãducare nõ poſſum. Ego
enim aliq̃n huius loci dominus fui. ſed pro culpis meis hic poſt mortẽ
meam deputatus ſum. Sed queſo vt omnipotenti deo hũc panem pro
peccatis meis offeras. Tunc autez te exauditum cognoſce: cum huc
ad lauandũ veneris. ⁊ me minime inueneris. Preſbiter aũt ꝑ vnã ebdo
madam ſalutarem ꝓ eo quotidie obtulit hoſtiam. Et reuerſus cum iã
minĩe inuenit. ¶ Quinto propter alicuiꝰ ſancti orõnem. Sicut legiẜ
ꝙ ſanctus patricius in quodam loco in terra qu ibuſdam purgatoriũ

impetrauit. Cui⁹ hiſtoriā poſt feſtū ſcī benedicti reperies ¶ Circa
ſecundū quod eſt de ſuffragiis tria ſunt vidēda. Primo de ipſis ſufra
giis que fiunt. Secundo de his ꝓ q̄bus fiūt. Terci o de his per quos
fiunt. Circa ſuffragia q̄ fiunt. notanduȝ ꝙ q̄tuoꝛ ſunt genera ſuffra
gioꝝ q̄ maxime defunctis proſunt: ſcȝ fidelium ꝛ amicoꝝ oratō. elemo
ſinaꝝ largitio. ſalutariſ hoſtie imolatō. ꝛ ieiunioꝝ obſuatō. Q, ꝑmuȝ
genus ſuffragioꝝ. ſcȝ amicoꝝ orō eis proſit. ptȝ ꝑ exemplū de paſca
ſio. de quo grego. in. iiii. libro dyalogoꝝ narrat. ꝙ cum vir mire ſancti
tatis et virtutis extiterit. ꝛ duo tunc in ſūmos pontifices electi fuiſſēt.
ſed tamen poſtmodū in vnuȝ illoꝝ eccleſia cōueniſſȝ. ipſe tamen paſca
ſius q̄i ex errore alium ſemꝑ ꝑtulit. et in hac ſententia vſq3 ad mortem
ꝑmanſit. Qui cum eſſet defūctus. ꝛ dalmaticā feretro ſuppoſitā demo
niacus tetigiſſet. ſtatim ſanatus eſt. Poſt mltm vero tpis cum germa
nus capuan⁹ eṗs balneum ob ḡtiam ſanitatis petiſſet. ꝑdictum paſca
ſium dyaconem ſtātem ꝛ obſeq̄ntem inuenit. Quo viſo vehementer ex
timuit: ꝛ quid illic tantus vir faceret inq̄ſiuit. Qui pro nulla alia cā ſe ī
illo loco penali deputatū aſſeruit. niſi q2 in illa tali cā plus iuſto ſenſit.
Et addidit dicens. queſo te pro me dn̄m depcare. Atȝ ī hoc cognoſces
ꝙ exandit⁹ ſis ſi huc rediens me n̄ inueneris. Qui cū ꝓ eo oraſſeȝ ꝛ illuc
poſt paucos dies rediſſet. ꝑdictū paſcaſium loco eodem minime iuenit.
¶ Petrus quoq3 cluniacenſ. ait ꝙ cum q̄dam ſacerdos quotidie pro
mortuis celebraret. ex hoc apud eṗm accuſatus ab officio eſt ſuſpenſ⁹
Cū āt eṗs in magna ſolennitate ꝑ cimiteriū ad matutinas ꝑgeret. cō
tra illū mortui ſurrexerūt dicentes. Iſte eṗs nullaſ miſſas nob dat: Inſu
per ſacerdotē nr̄ȝ nobiſ abſtulit. ſed certe niſi emendauerit morietur. q̄
et ſacerdotem abſoluit. et libenter ꝓ mortuis de cetero celebrauit.
¶ Quā grate etiā ſint defūctis orōes viuoꝝ ptȝ ꝑ h: q̄m q̄dā vt refert
cantoꝛ pariſienſ: dum ꝑ cimiteriū trāſiret ſꝑ pſalmū de ꝓfūdis dicebat
ꝓ defūctis. Qui cum ab inimic ꝑ cimiteriū fugiens inſeq̄retur. ꝓtinuo
mortui ſurrexerūt. ꝛ vnuſquiſq3 inſtrumentū ſui officii ī manu habebat
ꝛ ſic ipm viriliter defenderunt. ꝛ inimicos territos fugauerūt. ¶ Q,
vero ſcḋm genus ſuffragioruȝ. ſ. elemoſinaꝝ largitio eis ꝓſit. manifeſte
haberi pōt ex eo ꝙ in ii. machabeoꝝ legitur: quoniā vir fortiſſim⁹ iudas
collatiōe fcā. xii. milia dragmas argēti miſit hieroſolimā offerri ea ibi
ꝓ peccatis mortuoꝝ. iuſte et religioſe de reſurrectōe cogitās. Quātū
etiaȝ elemoſine defunctis valeant. colligitur per exemplū quod narrat
gregorius in. iiii. libro dyalogoꝝ. Quidam nāq3 miles ex corꝑe educt⁹
exanimis iacuit. Sed citi⁹ rediens q̄ cum eo geſta fuerāt enarrauit. Di
cebat nanq3: ꝙ pons erat ſub q̄ niger ꝛ caliginoſus fluuius ꝛ fetid⁹ de
currebat. Tranſacto āt pōte amena erāt prata odoriferis herbaꝝ flo
rib⁹ exornata. in q̄bus albatoꝝ hominū conuenticula eſſe vidēbantur

quos varia ⁊ mira floꝝ ſuauitas ſaciabat. Hec vero in p̄dicto ponte ꝓ
batō: vt quiſq̄s iniuſtoꝝ vellet trāſire. ī tenebroſum fetentemq3 fluuiū
laberet. iuſti vero ſecuro greſſu ad amena loca puenirent. Ibiq3 q̄ndā
petꝝ noīe deorſum poſitū magno ferri pōdere ligatū ſe vidiſſe aſſeruit
Qui du3 req̄reret cur illic eſſ3. dictū eſt ei. Hec idcirco patitur. qꝛ ſi q̄d
ei pro facienda vltione iubebatur: ad inferendas plagas plus ex crude
litatis deſiderio q̄ꝫ obedientia fuiebat. Ibi etiā q̄ndam ꝑegrinum ſe
vidiſſe fatebatur. q̄ ad p̄dictum pōtē veniēs tāta cū autoritate trāſiuit
q̄ꝫ ta hic ſinceritate vixit. Alter vero ſtephanus noīe du3 tranſire volu
iſſet ei⁹ pes lapſus eſt: ⁊ ex medio corpore iam ex̄ pontē deiect⁹ eſt Nūc
a q̄buſdā teterrimis viris ex flumie ſurgentib⁹ per coxas deorſum at3
a q̄buſdā albatis ⁊ ſpecioſiſſimis viris cepit ꝑ brachia trahi ſurſu3 Cū
q3 hec lucta fieret. is q̄ videbat ad corp⁹ redibat: ⁊ quis in illo occulti
arbitris examie obtinuerit. ſcire nō valuit. In quo datur intelligi: q̄ꝫ i
illo mala carnis cum elemoſinaꝝ largitōe certabāt. Qd̄ eni ꝑ coxas de
orſum. ⁊ ꝑ brachia trahebatur ſurſu3. pt3 nimiꝝ qꝛ et elemoſinas ama
uerat ⁊ carnis vicus perfecte nō reſtiterat. Q3 āt terciū gen⁹ ſuffra
gioꝝ. ſ. ſacre hoſtie immolatio. plurimū defūctis proſit. ex m̄ltis exem
plis apparet. Refert eni greg⁹. in. iiii. li. dyalo. q̄ꝫ cum q̄dam mōachus
ſuus noīe iuſt⁹ ad extremu3 veniens tres ſe occultos aureos indicaſſet
habere: ⁊ de hoc ingemiſcens mortuus fuiſſet. p̄cepit greg. fratrib⁹. vt
corp⁹ eius cum trib⁹ aureis in ſterquilinio ſepelirent dicētes Pecunia
tua tecu3 ſit in ꝑditōem Tandē cuidā e frīb⁹ greg⁹. p̄cepit: vt vſq3 ad
trigita dies omni die pro eo hoſtiā imolaret. Qui cū iuſſa cōpleſſet: is
qui defunct⁹ fuerat in die triceſima cuidam fratri apparuit. Quē frat
req̄ſiuit dicens. Quō es. Cui ille reſpondit. Nunc vſq3 male fui. ſed iā
mō bn̄ ſum: qꝛ hodie ꝯmuniōe3 recepi. CB Hec aute3 hoſtie imolatō
nō ſolum mortuis. ſed etiā viuis plurimū profuiſſe inuenta eſt. Quidā
nanq3 cum in quadam rupe argentum foderent. ſubito rupes cecidit: ⁊
funditus cunctos extinxit. Unus aūt eoꝝ ſubt⁹ in quodā ſinu ipſius
rupis mortem euaſit. inde tn̄ exire nō valuit. Uxor āt illi⁹ eū defunctu3
exiſtimās. omni die pro ip̄o miſſam celebrari faciebat. ⁊ panem vnu3 et
vrceum vini cū candela quottidie offerebat Cui dyabolus inuidens. ꝑ
tres dies cōtinuos eidem ī forma hūana appuit. ⁊ quo tender3 req̄ſiuit
Cui cū illa ſui itineris cauſā expōeret. ille aiebat. Noli fruſtra vexari
qꝛ iā miſſa celebrata eſt. ⁊ ſic illa trib⁹ dieb⁹ miſſam intermiſit. nec ip̄a3
celebrari fecit. Quidā aūt p⁹ hoc in p̄dicta rupe argentū fodiens. q̄ꝫdā
vocē audiuit de ſubt⁹ dicentem. Plane ꝑcutias: qꝛ capiti meo iminet
magnus lapis Cum aūt ille tremeret. ⁊ ad hanc vocem audienda3 plu
rimos conuocaſſet. iterum fodit et ſimilem vocem audiuit. Tunc om
nes propius accedentes dixerūt. Quis eni es tu. Qui rn̄dens dixit.

Plane faciatis:ꝙ magnus lapis q̄ ſuꝑ me cadit. Qui a latere fodien
tes:⁊ ad eū vſqȝ puenientes. eum ſanū et incolumē extraxerūt. Et ſciſci
tantes quō ibi tamdiu vixiſſet dixit. ꝙ qualibet die panis vnꝰ et vrceꝰ
vini ⁊ candela accenſa. niſi tantū tribꝰ diebꝰ. ſibi oblatꝰ fuit. Qd vxor
eius audiens:⁊ vehementer exultans. agnouit ꝙ de oblatōe ſua fuerit
ſuſtentatꝰ:⁊ ꝙ dyabolus eā deceperit. ne illis tribꝰ diebꝰ miſſaȝ cātari
fecerit. Illud vt teſtatur petrꝰ clunıacenſ. accidit in villa noīe ferraria
gracionopolitane dyoceſ. ¶ Gregoriꝰ etiā refert:ꝙ dum q̇dam nauta ī
mari naufragium perpeſſus fuiſſet. ⁊ q̇dam ſacerdos ꝓ eo hoſtiā immo
laſſet:ipſe tandem de mari ſanꝰ exiuit. Cū āt qualr̄ euaſiſſet. interroga
retur:dixit ꝙ dū in medio maris exiſteret:⁊ iā pene fatigatꝰ deficeret.
q̇dam ad eū venit:⁊ panem q̄ndā ſibi obtulit. Quem cū ille comediſſet
ſtatim cōfortatꝰ vires recepit:et in quadā naui inde tranſeunte recep
tus fuit. Inuentūqȝ eſt ꝙ illa hora panem hūit q̄ pro eo ſacerdos hoſti
am imolauit. ¶ Qd vero q̄rtum ſuffragioꝝ genꝰ ſcȝ ieiunioꝝ obſua
tio defunctis ꝓſit. teſtatur grego. agens tā de iſto q̄ de alijs tribꝰ dicēſ
